Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Regu

152

in monte solitudinis Ziph in
monte opaco / Quærebat tn
eum saul cuctis diebus / et non
tradidit eum dns in manus eius /
Et dauid vidit quod egressus
esset saul / vt quæreret animam eius /
Porro dauid erat in deserto
Ziph in silua / Et surrexit io-
nathan filius saul / et abiit ad
dauid in silucas / et confortauit
manus eius in deo dixitque ei /
Ne timeas / Nequet enim te in-
ueniet manus saul patris mei /
Et tu regnabis super israel / et
ego ero tibi secundus / et saul pa-
ter meus scit hoc / Per ipsum quoque
iuratum est fœdus vtrique coram dno /
Manseruntque dauid in silua io-
nathan autem reuersus est in
domum suam / Ascenderuntque ut
ziphei ad saul in gabaa dicen-
tes / Nonne ecce dauid lati-
tat apud nos i locis tutissimis
silue in colle achille / que
est ad dexteram de serti / Nunc
ergo quicquid desiderauit anima
tua / vt descendas descende /
Nostrum autem erit vt tradamus
eum in manus regis / Dixitque
saul / Benedicti vos dno /
qui doluistis vicem meam / Ibi-
te ergo et diligentius inquirite
et curiosius agite / et considera-
te locum vbi sit pes eius / vel
quis viderit eum ibi / Perscru-
tatur enim de me quod callide
in ludum ei / Considerate et
videte omnia latibula eius
in quibus abscondit se / et re-
uertimini ad me ad rem certa
tam / vt vobiscum vadam / Quod
si etiam in terra se obstruxerit
perscrutabor eum in cunctis mi-
libus iuda / At illi surgentes
abierunt in ziph ante saul /
Dauid autem et viri eius erant
in deserto maon in campo
pestribus ad dexteram iesimuth /
Iuit ergo saul et socii eius
ad quærendum eum / Et nuncia-
tum est dauid / Statimque des-
cendit ad petram / et versabatur
in deserto maon / Quod cum
audisset saul persecutus est
dauid in deserto maon / Et
stabat saul / et pars eius
ad latus montis ex parte vna /
dauid autem et viri eius erant
in latere montis ex parte altera /
Porro dauid festinabat se
posse euadere a facie saul / sta-
bat saul et viri eius i modum
corone cingebant dauid / et
viros eius / vt caperent eos /
Et venit nuncius ad saul dicens /
festina et veni / quoniam in fu-
derunt se philistini super terram /
Reuersus est ergo saul de sse-
quendo persequi dauid / et per-
rexit in occursum philistinorum /
Propter hoc vocauerunt loci
illum petram diuidentem

xxiiii capitulum

Descendit ergo dauid
inde / et habitauit
i locis tutissimis en-
gaddi / Cumque reuersus esset
saul postquam persecutus est phi-
listeos nuntiauerunt ei dicen-
tes / Ecce dauid est in deser-
to engaddi / Assumens ergo
saul tria milia electorum virorum
ex omni israel / Perrexit ad
inuestigandum dauid et viros
eius erant per abruptissimas
petras que solis ibi ibices
habitant / Et venit ad caulas
ouium que se offerebant viatori